

purissimo aqua liquato, donec teneri & pellucidi
fiant.

EODEM modo coniduntur Limonum cortices.

S U C C I.

SUCCI SCORBUTICI.

R. Succi Cochlearia hortensis m. libras duas,
Becabungæ,
Nasturtii aquatichi, singulorum m. li-
bram unam,
Aurantiorum Hispalensium m. uncias
viginti.

MISCE, &, postquam fæces subsederint,
effunde, vel cola.

ROB BACCARUM SAMBUCI.

Succus baccarum sambuci defacatus leni
igne inspissetur.

ELATERIUM.

CUCUMERES agrestes maturos scinde, &
succum levissime expressum trajice per setaceum
tenuissimum in vas vitreatum; deinde per ali-
quot horas sepone, donec crassiorem partem
depositerit. Pars tenuior supernatans effundan-
tur vasis inclinatione, &, quod reliquum erit,
filtrando separetur. Crassorem vero partem,
quæ restat, panno linteo coopertam foli, vel
alii leni calori expone, donec exaruerit.

EX-